



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 58. Quid si Privilegia confirmentur cum clausula, quatenus
decretis Conc. Tridentini & sacris Canonibus adversentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

tribus revocationibus Apostolicis nam tunc Privilegia quæ casta irritaque fuerunt per non usum vel præscriptionem vel aliter vivificarentur atque à novo restaurarentur, *Abb. cap. cum super de causa post & propriet. late Rosella. in sua Sena. tit. absolutio* 8
1. num. 122. 123. Emanuel. d. loco. prout & si confirmationi adjiciatur clausula ex cer- 9
ta scientia per eam enim etiam confirmantur privilegia abrogata per contrarium
usum, præscriptionem vel aliter, late Emanuel Roderic. d. quæst. 8. art. 4. fol. 37. col. 1. &
d. cap. quia diverfitatem glo. cap. ad hoc ubi Ab. 6. num. 7. de Rescriptis in 6. cap. nonnul-
li col. 1. cod. tit. dec. Dec. l. restam. num. 13. de milit. test.

QVÆSTIO LVIII.

Quid si Privilegia confirmentur cum clausula quatenus decretis Concilij Tridentini & sacris Canonibus adverteantur.

SUMMARIUM.

- 1. Confirmatio Privilegiorum Societatis Iesu est amplissima.
- 2. Particula & sacris Canonibus explicata.
- 3. Confirmatio Privilegiorum latissime interpretanda in præiudicium confirmantis.

AD hujus clausulæ explicationem quædam notavi alio in loco, *lib. 4. quæst. 21. d. iuris d. ord. in exempt.* à quo tempore incidi in Emanuele Roderic. qui eodem prope sermone in eiusdem clausulæ enucleationem convenit, *quæst. Reg. tom. 1. quæst. 8. art. 8.* subjungitque in confirmationibus Privilegiorum ordinis minorum per Sixtum V. verba illa sacris Canonibus non inesse prout nec in confirmatione Privilegiorum ordinis Cisterciensis per Greg. XIV. At vero confirmatoria Privilegiorum Societatis Iesu pura puta est atque amplissima nullis restrictivarum clausularum vinculis coarctata. Itaque si quorum ordinum Privilegia post Conc. Trid. publicationem confirmata fuerunt cum hac clausula quatenus sint in usu & decretis Conc. Trid. & sacris Canonibus non contradicant particula illa & sacris Canonibus non ponetur copulatione ut sæpe solet, *l. sape ff. de verb. sig. Albertus de Pergamo de probationibus vers. et.* Sed expositive, *l. si in venditione ubi glo. ff. de evictionibus.* Cum enim Conc. Trid. scateat sacris canonibus sit ut copula illa proposita inter duo quorum unum sequitur ad aliud resolvatur in expositivam. *Abb. cap. monasteria nu. 4. de vita & bon. cler.* veluti si Pontifex dice-

diceret quaterius decretis Conc. Trid. id est, sacris canonibus Concilio Tridentino infectis non contradicant nisi enim ita interpretatur nulla certe aut paucissima remaneret privilegia per Pontificem confirmata, Emanuel. d. art. 1. debent autem privilegia eorumque confirmationes in dubio latissime in præjudicium concedentis interpretari. l. beneficium ubi DD. ff. de const. principum.

 QVÆSTIO LIX.

An generalis confirmatio privilegiorum se extendat ad ea que sunt contra jus.

SUMMARIUM.

1. Confirmatio generalis non se extendit ad ea que sunt contra ius iaque nisi excipiat casus unus qui sit contra ius.
2. Princeps non censetur velle præiudicare tertio.
3. Idque nisi unum casum excipiat in quo declaret se nolle tertio præiudicare.

Minimè nisi post confirmationem generalem excipiat casus unus qui sit contra jus: talis enim exceptio hujus est energie ut Papa censetur etiam confirmare omnia alia privilegia que sunt contra jus. Bald. ca. fin. num. 2. per quos fiat investitura, & in l. 1. in fin. de serijs, l. 1. in fin. ff. quod quisque iuris Ruit. conf. 100. vol. 3. Matudos. ad Reg. Cancell. 1. quast. 8. num. 5. Emanuel. Roder. quast. tom. 1. quast. 8. art. 9 in fin. quippe quod hæc exceptio ex ea specie sit quæ regulam solet ampliare. Dec. l. 1. num. 3. & seqq. ff. de Reg. iur. hincque est quod licet princeps non censetur velle tertio præiudicare, l. 1. & seqq. C. si contra ius vel utilis. attamen si unum casum excipiat in quo nolit tertio præiudicare censetur in alijs omnibus casibus tertio præiudicare voluisse. Dec. d. l. 1. & num. 32. idque nisi verba regulæ repugnent nam tunc exceptio facta de eo quod in regula non comprehenditur non ampliat regulam sed vitatur. Dec. d. l. 1. num. 35. & 40.

 QVÆSTIO LX.

Ordines, an sibi invicem propria privilegia communicent.

SUM-